

The head of the first membrane is badly rubbed and faded over a third of the membrane.

To be re-checked against the original.

Date: after 1305-6 (reference to 34 Edward I in the text).

§ indicates a capitulum mark.

Upper and low case S/s are often indistinguishable.

... (ellipsis) indicates *at least* one word illegible.

De Galfrido le Mercer emit Rogerus de Someruill' filius Henrici de Someruill' duas rodas {cum dimidia}<sup>1</sup> terre arrabilis cum pertinenciis in territorio de Cosyngton' una ... Iacet super Wadore forlong<sup>2</sup> iuxta terram eiusdem Rogeri unde dimidia roda subtus Peyselandy iuxta terram eiusdem Rogeri ... terram Juliane Peyle Et dimidia roda ...borow inter terram dicti Rogeri & Willelmi Broun Et dimidia roda infra le Gatys inter terram dicti Galfridi & Bateman

De ...as emit Idem Rogerus duas rodas terre arrabilis Iacentes in territorio de Cosyngton' Quarum una roda Iacet super Oswaldcliff ex parte ... iuxta terram Willelmi Broun Et una roda super Stackforlong' iuxta terram eiusdem Willelmi Broun § De Willelmo Pynkenie de Cosyngton' emit {Idem Ro}<sup>3</sup>

Willelmus de Chiltham unum mesuagium & quatuor acras terre cum pertinenciis in Cosyngton' Illud videlicet mesuagium quod fuit Elizabeth matris ...<sup>4</sup> una dimidia acra Iacet super Rengeston inter terram

---

1 Superscript with caret.

2 The r altered from l.

3 Cancelled.

4 Holes in the parchment.

Rogeri de Someruill' & terram Ricardi F...dimidia acra terre apud Langel... iuxta terram dicti Rogeri una roda terre apud Horsda... una roda terre apud Holgate una acra terre que iacet ... tenementum quod fuit ... de Cosyngton' & le Gore dimidia roda terre super Cleyclif' iuxta [terram] Hugonis le Bercher duas ... rodas terre que iacent ... iuxta Wodelyn Crofte dimidia roda terre super le Woldacr' una roda terre cum dimidia extra Segraue Gate dimidia ... le Woldgate heade iuxta terram dicti Rogeri una acra & dimidia roda apud pickelosk' iuxta terram dicti Rogeri ... Chiltham ab eodem Willelmo Pynkenie unam acram terre in Cosyngton' unde una roda terre [iacet] super briggel ... ex utraque parte una roda terre iacet super Burbladhill' iuxta terram Thome le Carter' una roda & dimidia ... ..hill' iuxta terram Galfridi filii ...

De Willelmo Pynkenie emit Rogerus' de Wauton' duas solidatas ... cum pertinenciis in Cosyngton' silicet ... & totum seruicium Ade de Hedone & heredum suorum de toto tenemento ... Adam tenuit in eadem villa

De Waltero leuerich emit Rogerus de Someruill' filius Henrici de Someruill' quamdam placeam que fuit aliquando domini Johannis leuerich capellani in villa de Cosyngton' & cum omnibus ...iis & pertinenciis ... terre arrabilis Iacent in Campis eiusdem ... unam sellionem super le Ouere ... forlong' inter terram Willelmi ... sellionem in Wathoromrissches inter terram que fuit Henrici de Someruill' & terram Willelmi Broun & unam sellionem in Cleirypholl' ... Rogeri & terram que fuit Rogeri Pynkenie  
§ De Nicholao Leuerich de Cosyngton' emit Rogerus de Someruill' unum denarium Redditus assise per annum quem Johannes le Dextar Sibi debuit

De Radulpho Simple de Leycestr' emit Matildis de Someruill' unam virgatam terre arrabilis in Cosyngton' quam Radulphus Trul tenuit

De Waltero Leuerich de Cosyngton' emit Rogerus de Someruill' totam dotem quam mater sua habuit post decessum Rogeri Leuerich patris sui exceptis duabus selionibus terre in Crofto suo & Emit etiam ab eodem ...<sup>5</sup> unum toftum cum edificiis & pertinenciis in Cosyngton' quod Iacet inter toftum Galfridi

---

5 Two illegible words superscript with caret.

fili Ricardi ex una parte & toftum Hugonis Le Mestr' ex altera parte § Emit eciam ab eodem idem Rogerus unam pasturam quam habuit vel habere potuit de duabus virgatis terre in campis de Cosyngton' que Sibi hereditarie descenderunt Emit eciam de eodem idem Rogerus unam rodam terre arrabilis Iacentem inter croftum domini Ricardi de Withssand & terram Thome filii Sare § Emit eciam ab eodem idem Rogerus unum croftum Iacens extra villam de Cosyngton' inter terram Hugonis le Maister' & terram quam Robertus de Kirkeby tenuit Et extendit Se a gardino Roberti de Wauton' usque ad croftum quod Rogerus le bonde quondam tenuit Emit eciam ab eodem idem Rogerus quamdam placeam Iacentem in villa de Cosyngton' iuxta placeam ... ex parte una & placeam Hugonis le Maister' ex altera & septem acras terre arrabilis iacentes in campis eiusdem ville illas Scilicet acras quas Alicia Leuerich mater dicti<sup>6</sup> quondam tenuit nomine dotis § Emit eciam {ab eodem}<sup>7</sup> idem Rogerus tres acras & tres rodas terre arrabilis Iacentes in territorio de Cosyngton' cum Septem rodas prati falcabilis in pratis eiusdem<sup>8</sup> Emit eciam ab eodem idem Rogerus tres denarios Redditus & unam libram Cymini & duo paria albarum cerotecarum & unam flecham & quatuor flores rose annui redditus recipienda Sicut & ego solitus fui & debui Silicet de Nicholao de Someruill' & heredibus suis unum denarium pro una {acra}<sup>9</sup> terre quam ... eidem ad festum Sancti Michaelis Et de Thoma filio Sare de Cosyngton' & heredibus suis pro quinque acris terre unum obulum ad festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste Et de Hugone bercario & heredibus suis pro una dimidia acra terre unum obulum ad Pascha Et de Sarra Sorore dicti Hugonis {et heredibus suis}<sup>10</sup> pro una roda terre unum obulum ad Pascha Et de Galfrido Mercenario & heredibus suis pro duabus rodis & dimidia unum obulum ad Natale domini Et de Isabella Someruill'<sup>11</sup> & heredibus suis pro una acra & dimidia roda unam libram cymini ad Natale domini Et de Hugone le Maister' pro nouem rodis terre unum par albarum cerotecarum precii unum obulum vel unum obulum ad festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste Et de Symone Car... & heredibus suis pro

---

6 Sic.

7 Superscript with caret.

8 Sic.

9 Superscript with caret.

10 Superscript with caret.

11 Sic.

quatuor rodis prati & dimidia unum par cerotecarum ad pentecosten Et pro duabus rodis terre unum florem rose ad festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste Et de Willelmo filio Austini & heredibus suis pro quinque acris terre & dimidia unum florem rose ad idem festum Et de Johanne Leuerich & heredibus suis pro una dimidia acra terre unum florem rose ad idem festum Et de Nicholao Leuerich & heredibus suis pro una roda prati unum florem rose ad idem festum Et de Rogero Osmond' & heredibus suis pro tribus rodis terre & dimidia unam flecham ad predictum festum cum illorum Homagiis seruiciis releuiis eskaetis & cum omnibus aliis exitibus & fortunis de predictis redditibus prouenientibus

§ Vendidit idem Walterus domino Rogero de Wauton' dominium omnium tenencium & tenementorum que ipse prius tenuit de feodo Suo in Cosyngton' Et vendidit cum omnibus proficuis inde prouenientibus Idem quietum clamauit Rogero filio Roberti de Wauton'

m. 2

§ De Ricardo Peticonseil emit Willelmus de Chiltham unam acram terre cum pertinenciis in Cosyngton' Quarum una dimidia acra iacet super Briggeforslong iuxta terram Ranulfi le Breuster' & una dimidia acra iacet apud Peyselandys grene iuxta terram predicti Ranulfi

Emit eciam ab eodem Ricardo idem Willelmus unum mesuagium cum pertinenciis & cum tofto & crofto adiacentes in Cosyngton' & iacet inter mesuagium Nicholai de Someruill' & mesuagium Ranulfi le Breuster' § Emit eciam ab eodem Ricardo Peticonseil idem Willelmus duas acras terre cum pertinenciis in Cosyngton' Quarum dimidia acra iacet super Burbladhill' inter terram Ranulfi le Breuster' & terram Ranulfi filii Ricardi Serlo una roda iacet super Stackforslong inter terram Willelmi Crisp & terram que fuit Roberti de Someruill' dimidia roda iacet ultra viam que ducit ad molendinum inter terram dicti Willelmi Crisp & terram Rogeri Bateman dimidia roda iacet super Crosselandis inter terram Willelmi Crisp & terram Rogeri de Someruill' due rode iacent super Croslandys inter terram dicti Ranulfi & terram Rogeri filii Roberti una roda iacet super HerstenHow inter terram Ranulfi le Breuster' & terram Ranulfi filii Ricardi dimidia roda iacet super 3okeslandys inter terram Ranulfi le

breuster' & terram Henrici filii Ricardi Serle dimidia roda iacet in Weteborow inter terram Rogeri de Someruill' & terram Willelmi Crisp § Emit eciam ab eodem idem Willelmus unam acram terre cum pertinenciis in Cosyngton' Quarum una roda iacet super brodefoxhill' inter terram Rogeri de Someruill' & terram Roberti de Houby una roda & dimidia contra Cleiclif inter terram que fuit Roberti de Someruill' & terram predicti Ricardi Petyconseil dimidia roda in Nezerbremhow inter terram Priorisse de la Grace deu & terram Hugonis le Bercher' dimidia roda<sup>12</sup> (sic) super Hennelandys inter terram Priorisse & terram Ranulfi le breuster' dimidia roda super Weteborow inter terram Roberti de Houby & terram predicti Ricardi Petyconseil § Emit ab eodem idem Willelmus tres acras terre cum pertinenciis in Cosyngton' Quarum una roda iacet super briggeforslong' dimidia roda subtus le Syke una roda & dimidia super Hologate iuxta terram Willelmi le<sup>13</sup> Crisp una roda super Peyselandys una roda ante le Clif una roda super Herstenhow iuxta terram Willelmi Crisp dimidia acra apud Peyseland Grene & due rode iacent super Calkhill' iuxta terram Ranulfi le Breuster' & una roda iacet super Calkhull' iuxta terram Willelmi Crisp una roda super HerstenHow iuxta terram Hugonis le Maister' § De Galfrido le Mercer' de Cosyngton' emit Willelmus de Chiltham tres dimidias rodas terre cum pertinenciis in Cosyngton' Quarum una dimidia roda iacet super Hennelandys inter terram que fuit Ricardi clerici & terram Willelmi de Meisham dimidia roda iacet in Nezer donnedale inter terram Rogeri de Someruill' & terram Willelmi brid & una dimidia roda iacet super WlfethWong inter Rogeri de Someruill' <sup>14</sup> & terram Hugonis le Bercher' De Willelmo de Chiltham emit Henricus de Someruill' omnia tenementa redditus terras prata & possessiones cum omnibus suis pertinenciis quibuscunque que habuit in villa & in campis de Cosyngton' Anno Regni Regis Edwardi filii Henrici tricesimo quarto sine aliquo retenemento quo mortuo descenderunt predicta hereditarie Rogero de Someruill' fratri suo Seniori

---

12 Sic: here the scribe adopts the nominative.

13 Probable subpunction under *le*.

14 Sic.

§ De Adam<sup>15</sup> de Hedon' emit Rogerus de Someruill' filius Henrici de Someruill' quindecim Solidos redditus cum pertinenciis in Cosyngton' percipiendos de tribus bouatis terre cum pertinenciis cum Homagio & fidelitate

§ De Willelmo Broun & Eua uxor sua emit Rogerus de Someruill' Septem rodas terre arrabilis cum pertinenciis in Cosyngton' videlicet duas rodas super Longebremhow inter terram Rogeri de Someruill' & terram Willelmi Crisp Et una roda super Stanilandis iuxta altam viam que vocatur Bradegate & unam rodam super Crosforlong inter<sup>16</sup> (altered iuxta) terram dicti Rogeri & terram Willelmi Crisp Et una roda super Nezirbremhow inter terram Nicholai de Someruill' & terram Willelmi Crisp Et una roda super Wold acr' iuxta terram Rogeri de Wauton' Et una roda super Stackforlong' iuxta terram Juliane Peyle Et unam<sup>17</sup> placeam prati super Woldacre inter pratum dicti Rogeri & pratum parsonae §<sup>18</sup>

§ De Willelmo de Meysham emit Henricus de Someruill' filius domini Rogeri de Someruill' duas selliones ante portam suam adiacentes in eschambio pro duabus selionibus inter derendale gate & bradegate de cultura sua super Brounshow & propinquoiores {iacentes<sup>19</sup>} (superscript) culture dicti Willelmi

§ De Willelmo filio Willelmi de Meysham Militis emit idem Rogerus de Someruill' filius Henrici de Someruill' Homagium {&}<sup>20</sup> Seruicium Roberti filii Rogeri de Wauton' & heredum Suorum & quicquid habuit vel ullo modo Sibi accidere potuit in homagio & Seruicio eiusdem Roberti & heredum Suorum de tenementis quod de eo tenuit in villa de Cosyngton' Et hoc idem quietum clamaui<sup>21</sup> § Quietum clamauit Willelmus de Meysham Rogero de Someruill' totum ius & clameum quod habuit vel habere potuit in illa terra pro qua placitauit in comitatu Leycestr' per breue domini Regis de recto

---

15 Sic.

16 Altered from *iuxta*.

17 Here the scribe reverts to the accusative.

18 Sic.

19 Superscript.

20 Superscript.

21 Sic.

§ De Johanne Broun emerunt Rogerus de Someruil' & Felicia uxor sua unam dimidiam rodam terre arrabilis super HorsadHill' inter terram Galfridi filii Ricardi clerici & terram Ade de Hedon' § Item dominium tocius tenementi Roberti de Wauton' & heredum Suorum cum omnibus proficuis & exitibus ex homagio tali prouenientibus

§ Summa denariorum redditus assise xvij. s. & x.d.

§ Summa acrarum terre arrabilis xxxviiij & una roda cum pastura duarum virgatarum terre Walteri Leuerich

§ Summa prati falcabilis vij rode § Item Homagium & seruicium cum releuiis & eskaetis & cum omnibus aliis exitibus de .xvj. acris terre & iij. rodis cum ... & cum .v. rodis cum dimidia prati falcabilis .a. Waltero leuerich venditis diuersis in villa de Cosyngton'

§ Summa Cotagiorum .xij. S. vj. d.